

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

Rede der athenischen Gesandten vor dem concilium Aetolorum (200 v.Chr.)

- 1 Secundum Macedonas ipsis Romanis ita concedentibus iubentibusque Athenienses, qui
2 foeda passi iustius in crudelitatem saevitiamque regis¹ invehi poterant, introducti sunt.
3 deploraverunt vastationem populationemque miserabilem agrorum: neque id se queri,
4 quod hostilia ab hoste passi forent; esse enim quaedam belli iura, quae ut facere ita pati
5 sit fas: sata exuri, dirui tecta, praedas hominum pecorumque agi misera magis quam
6 indigna patienti esse; verum enim vero id se queri, quod is qui Romanos alienigenas et
7 barbaros vocet, adeo omnia simul divina humanaque iura polluerit, ut priore populatione
8 cum infernis deis, secunda cum superis bellum nefarium gesserit. omnia sepulcra
9 monumenta que diruta esse in finibus suis, omnium nudatos manes, nullius ossa terra
10 tegi.
11 delubra sibi fuisse, quae quondam pagatim habitantes in parvis castellis vicisque
12 consecrata ne in unam urbem quidem contributi maiores sui deserta reliquerint: circa ea
13 omnia templa Philippum infestos circumtulisse ignes; semusta, truncata simulacra deum
14 inter prostratos iacere postes templorum. qualem terram Atticam fecerit, exornatam
15 quondam opulentamque, talem eum si liceat Aetoliam Graeciamque omnem facturum.
16 urbis quoque suae similem deformitatem futuram fuisse, nisi Romani subvenissent.
17 eodem
18 enim scelere urbem colentes deos praesidemque arcis Minervam petitam, eodem
19 Eleusine
20 Cereris templum, eodem Piraei Iovem Minervamque; sed ab eorum non templis modo
21 sed
22 etiam moenibus vi atque armis repulsum in ea delubra quae sola religione tuta fuerint
23 saevisse. itaque se orare atque obsecrare Aetolos, ut miseriti Atheniensium ducibus diis
24 immortalibus, deinde Romanis, qui secundum deos plurimum possent, bellum
25 susciperent.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Lassen sich in unserem Text Abweichungen von der klassischen Prosa in Wortschatz, Syntax und Stil feststellen?

¹ Philipp V. von Makedonien

2. Welche Funktion erfüllen **oratio obliqua** und **recta** in der römischen Geschichtsschreibung?
3. Skizzieren Sie die Hauptetappen des römischen Übergreifens auf den griechischen Osten und die kulturgeschichtliche Bedeutung dieser Expansion.